

bonitas vestra, Viri Nobill. Ampl. Cl. virtute, doctrinâ, veris, non tam fortunæ, corporisque, tametsi illis quoque, quam animi bonis ornatissimis: bonitas inquam vestra, quâ, virtutibus, literis etiam, admodum cultâ honorū omniū favorē dudum meruistis. Meum etiam, quia de me quoque benè & meriti estis & hodieque meremini. Vestras singulorum peculiares dotes si memorem, in vos à melaudari turpe, & optimo, apud nos præsertim, cuique nota narrauerō. Testimonium duntaxat, mei de vobis sensus, dedicationem hanc volo esse. Obiter modò inserere hoc liceat: Ludos tales quāti Romani quondam fecerint, tituli, singularum Comœdiarum satis ostendere videntur. Eos hodiè, si Romano apparatu, nostro sermone eleganter verso exhiberemus, à vobis vestri-que ordinis pluribus, quibus, ut cum Horatio loquar, est equus, & pater, & res, haud dubiè probarentur. Ego nunc

(?) 3 quia